



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 69. Ejusdem opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

convitiis proscindere nituntur: hos inter haud infimus est, Apostata ille, qui se Joannem Baptistam Denis, ac Bossueti Secretarium nominat, qui impudenti calamo inter alias criminationes contra Clerum Gallicanum, quæ nonnisi mordaci mendacio constant, effusas, insuper scribere non erubuit, quod Bossuetus adhuc Canonicus ac nonnisi Subdiaconus cum quadam Nobili fœmina matrimonium inierit, atque ex ea duas filias susceperit: id vero nonnisi post Bossueti obitum seu post quinquaginta annos innotuerit: verum hæc fabula adeo male confuta est, ut ejus falsitas manibus palpetur: Pudet ejusmodi nugas refellere: Ceterum celeberrimus hic Præsul ex calcui doloribus summa patientia tolerantis, inter luculenta firmæ in Deum fiducia signa, uti vixit, id est pie in Domino obiit Parisiis die duodecima Aprilis annos natus septuaginta septem.

Sæc. XVII.
A. C. 1704.

Jean Denis
Mem. anecd.
du Clergé
pag. 108.

§. LXIX.

Ejusdem Opera.

Illustravit dignissimus hic Præsul universam Ecclesiam pluribus, iisque utilissimis lucubrationibus: Adhuc Mentensis erat Archidiaconus, cum Pauli Ferri Calviniani Prædicantis Catechismum

Sæc. XVII. mum edito libello confutasset. Jam
 A. C. 1704. supra commendavimus ejus *expositionem*
doctrinæ Ecclesiæ Catholicæ, quam varii
 Protestantes, qui ex hujus libelli le-
 ctione plurimos ad ejurandam sectam
 fuisse permotos dolebant, incassum re-
 fellere nitebantur, unde pro more suo
 remedium in calumniis quærentes spar-
 gebant, quod hujus libri doctrina Tri-
 dentino non fuerit consona, ac pro-
 pterea prima ejus editio, quæ dunta-
 xat duodecim exemplaria complecteba-
 tur, a Sorbona fuerit rejecta, nullaque
 Episcoporum approbatione munita. At
 hisce nugivendulis ipsemet Bossuetus
 os obturavit, & Papillonus fol. 64. com-
 probatum reddidit, quod editio Anno
 1681. & 1679. cum editione Anni 1686.
 ex toto consonet, & Auctor Biblio-
 thecæ Anglicæ Vol. 9. pag. 523. falso
 scripserit, quod editio Anno 1671. non
 nisi duodecim exemplaribus constiterit.
 Scripsit etiam Bossuetus dissertationem
 in Historiam universalem, cujus editio
 Anno 1700. facta locupletior est, quam
 Archangelus Augustini Venetus Car-
 melita sub ficto nomine Selvagii Cantu-
 rani Italice reddidit. Orationem in
 Cleri comitiis Anno 1682. habitis, Col-
 loquia cum Claudio Prædicante, Tra-
 ctatum de communione sub duplici spe-
 cie ad Neo-conversos, Epistolam Pasto-
 ralem

Vid. supra
l. 206. t. 63.
pag. 557.

ralem ad eosdem, Catechismum Mel-Sæc. XVII.
 denssem, & Historiam variationum in Pro- A. C. 1704.
 testantium Ecclesiis, quod opus in va-
 ria idiomata versum iterato prælo pro-
 diit, latina autem versio Viennæ 1753.
 procusa non modo innumeris typi er-
 roribus scatet, sed etiam manca & mu-
 tilla, & a vero Authoris sensu aliena
 est: Hanc Bossueti Historiam Jurieus,
 Basnagius, aliique refellere niteban-
 tur, sed Bossuetus editis sex animad-
 versionibus silentium eis imposuit, &
 contra Basnagium suæ Historiæ vin-
 dicias publici juris fecit. Insuper hic
 Præsul ridiculas Protestantium inter-
 pretationes Apocalypseos contra Pon-
 tificem factas confutans, edidit Apo-
 calypsin unacum explicatione, pariter
 explicationem quarundam difficulta-
 tum circa Missæ preces ad Neophytum
 quemdam, preces Ecclesiæ in diebus
 Dominicis & festis, librum Psalmorum,
 Statuta & decreta Synodalia pro Diæ-
 cesi Meldensi, epistolam de adoratione
 S. Crucis, libros Salomonis, Proverbia,
 Ecclesiasten, cantica, Sapientiæ li-
 brum, & Ecclesiasticum cum notis,
 reflexiones in spectacula theatrorum,
 Instructionem Pastoralem de Statibus
 orationis contra Quietistas, falsosque
 mysticos unacum eorum condemnatio-
 nis sententia. Meditationes de remis-
 sione

Hist. Eccles. Tom. LXVII.

Q sione

Sæc. XVII. fione peccatorum pro tempore Jubilæi
A. C. 1704. Epistolam quinque Præfulum contra
 Nodum Sfondrati: Declarationem contra
 librum Feneloni, summam Doctrinæ
 libri, cui titulus: *Explicatio Regularum* &c. Varia scripta in eundem
 librum, responsum ad quatuor Feneloni
 epistolas, relationem Quietismi, de
 nova Quæstione tractatus tres. 1. *Mystici in tuto.* 2. *Schola in tuto.* 3. *Quietismus redivivus:* Observaciones in
 Feneloni responsum ad relationem Quietismi.
 Decreta Synodalia de celebratione Festorum,
 Responsum ad præjudicia decisiva, responsum ad librum,
 cui titulus: *præcipuæ propositiones libri de Regulis Sanctorum:* Duas Instructiones
 Pastorales circa Christi promissiones suæ
 Ecclesiæ factas, Declarationem Conventus Cleri
 Gallicani, Decretum contra novum Testamentum
 Trivoltense, & Instructionem binam circa
 ejus versionem, Dissertationem de doctrina &
 crisi Grotii: Explicationem Prophetiæ Isaïæ,
 Politicam ex Verbis S. Scripturæ haustam,
 quam præfatus Carmelita in Italicum
 idioma transfudit, epistolam ad Moniales
 Portu Regienfes, Vindicias reflexionum in
 Novum Testamentum &c. contra problema
 Ecclesiasticum, Elevationem ad Deum
 circa Religionis Christianæ mysteria,
 Meditationes in Evan-

Evangelia, tractatum de libero arbitrio & concupiscentia, & sex orationes funebres. Sæc. XVII.
A. C. 1704.

§. LXX.

Protestantium Scriptorum decessus & lucubrationes.

Ex pluribus Scriptoribus A catholicis, quos hoc anno mors vivis eripuit, celebriores adducimus, quos inter primo loco venit Andreas Caroli, qui edidit memorabilia Ecclesiastica Sæculi XVII. & epistolam apologeticam pro horum memorabilium fide historica. II. Christophorus Franckius scripsit specimen controversiarum Ecclesiæ Lutheranæ cum Remonstrantibus, exercitationes Anti-Wendelianas & Anti-Limborchianas. III. Joannes Locke posteris reliquit tentamen humani intellectus, epistolam de tolerantia, librum de educatione filiorum, tractatum de civili regimine, & Paraphrasin in Epistolam D. Pauli. IV. Joannes Abraham Birnbaum vulgavit dissertationes de privilegio, de contractu literali, de licentia renuntiandi, de jure pupillorum, & de foro privilegiato. V. Job Ludolph scripsit Lexica Amharicolatinum, & Æthiopico-Latinum, Historiam Æthiopicam, epistolam ad

Niceron l. c.

Q 2 Abyssi-